

Ann. V.

Num. XIX.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



## Subnotatio fieri potest:

### IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

### IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

### IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

### IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

### IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

VARSAVIAE POLONORUM  
Rakowskie Przedmiescie. 15

LONDON W.  
28, Orchard Street.

S. Sedis, Apost et S. Rituum Congr. Typogr.  
NEW YORK  
52, Barclay Street.

CINCINNATI  
436, Main Street.

S. Sedis Apost et S. Rituum Congr.  
Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

MONTREAL  
1699, Rue Notre-Dame.

## RERUM INDEX

DE PHILOSOPHIAE USU IN OMNI STUDIO HUMANITATIS . . . . .	P. Angelini.
DE LATINA ELOQUENTIA IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI . . . . .	Subalpinus.
ARABES QUINAM ET QUANDO? . . . . .	D. Lascaris.
FRATRUM DELLA ROBBIA OPERA SELECTISSIMA DUO . . . . .	Laelius.
CAELESTIA . . . . .	M. Lani.
NUPERAIE IN INSULA CRETA EFFOSIONES . . . . .	G. P.
FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE . . . . .	Fr. Xav. Reuss.
DE SINENSIO THEATRO NOTITIAE . . . . .	A. Costaggini.
HORAE SUBSECIVAE. BLATERO-TACITURNUS . . . . .	E. de Azevedo.
QUESTIONES INTER SOCIOS PROPOSITAE. De quibusdam animalium vo- cibus apud Latinos et Italos . . . . .	H. A. Strong.
ANNALES . . . . .	Propoplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS . . . . .	Scriba.
AENIGMATA . . . . .	C. Lodoix.

### In secunda operculi pagina:

PROSPECTUS NOVAE SUBNOTATIONIS COMM. VOX URBIS A KAL. IULII  
AD EXPLETUM ANNUM MCMI.

### In tertia operculi pagina:

PER ORBEM . . . . . Forfex.  
VARIA: Domus ex amianto. - Ioci . . . . . P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M CMII

## AD MAGIS MAGISQUE

"VOX URBIS,, COMMENTARII PROPAGATIONEM AUGENDAM

## NOVA INDICTA EST SUBNOTATIO

A KALENDIS IULII USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII

(NUM. XIII-XXIV).

— · —  
UT ACCEDERE OMNES POSSINT

SUBNOTATIONIS PRETUM CONSTITUTUM EST:

Libel. **2,50**; Mar. **2**; Sch. **2**; Rubl. **1**; Cor. **2  $\frac{1}{2}$** .

Qui insolita, gratuita paene, huius con-  
sociationis ratione frui volunt, nulla inter-  
posita mora, *nomen suum cum pretio recto tramite  
mittant ad*

## ARISTIDEM LEONORI EQUITEM

COMMENTARII "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,

ROMAM, via Alessandrina 87.

PRE  
In Italia: Li  
Lib. 15, M. 12.

DE PHIL  
IN OMNI STU

COGITANTIBUS no  
splendore quem  
ad portum philosoph  
eurrit rerum testis  
illam, quae inter v  
sit aetatem, iamdiu  
relictis investigation  
haberentur aut va  
continentur, esse co  
tiae, unde propria  
doctrina, suffecta li  
lionis adstricta. T  
causae profecto ex  
novae gentium litt  
artes ac disciplinae  
tinerentur, sensim lib  
et romana res diu  
Avenionem translata  
bus praebuit excita  
tatis atque reipublic  
lud, iam inde ab in  
discidium, quo prin  
pta sunt in eam sec  
tissimus quisque pro  
imprimendarum litt  
orbis exploratae pla  
itinera doctrinæ pat  
runt. Tum vero dis  
ad trutinam revocari,  
desciscere, suo quisq  
rimi autem civitatum  
facile passi sunt in  
losophia nutare hom  
illuvie quodammodo  
res est, ut iam pleriq  
losophiam existimem  
conclusiunculas abst  
etur. At vos, qui legi  
omnis humanitatis f  
tiā, et loca esse in  
ad quae oporteat, sed  
ventis historiam, sed  
tis afferre.

Omnis hominum e  
artibus et disciplinis  
principium ac funda  
id demonstrare super  
stimarem, nisi essent  
esse quasi patrimoniu  
tuo relictum, aut qua  
ius ad paucos homines  
vero nihil esse aliud  
quae nihil habeat eu  
tamquam caelo delap  
eius ad similitudine

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

## PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italiam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

## BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

DE PHILOSOPHIAE USU  
IN OMNI STUDIO HUMANITATIS.

**C**OGLANTIBUS nobis in tanto humanitatis splendore quem cursum teneat aut quem ad portum philosophia videatur appellere, occurrit rerum testis historia docetque, medium illam, quae inter veterem et novam intercessit aetatem, iamdiu fluxisse; hominum studia, relictis investigationibus, quae aut obscuriores haberentur aut vacuae, ad ea quae in usu vitae continentur, esse conversa; christiana sapientiae, unde propria effloruit humanitas atque doctrina, suffecta libera iudicia, nulla lege religionis adstricta. Tantae autem perturbationis causae profecto exstitere complures. Nam et novae gentium litterae effecere, ut, quae antea artes ac disciplinae fere ambitu religionis continerentur, sensim liberiorem sibi facerent viam; et romana res diu iacens, pontificia dignitate Avenionem translata, saepe ansam perduellibus praebuit excitandi speciem pristinæ libertatis atque reipublicae. Accessit teterimum illud, iam inde ab inito Urbani VI pontificatu discidium, quo principum arbitria exerceri coepita sunt in eam sedem, cuius fastigium potentissimus quisque pronus antea suspexerat. Mox imprimendarum litterarum inventa ratio, novae orbis exploratae plagae, longe lateque tentata itinera doctrinae patrimonium commune effecerunt. Tum vero disceptari de omnibus, omnia ad trutinam revocari, complures a catholica fide desciscere, suo quiske marte sentire. Nuperimi autem civitatum agitatores in rem suam facile passi sunt in fide religionis atque philosophia nutare hominum mentes et opinionum illuvie quodammodo absorberi. Eoque deductores est, ut iam plerique minoris habenda philosophiam existiment, quae minutæ dialecticæ conclusiunculas abstrusasque disputationes setetur. At vos, qui legitis, ne pigeat, ex me audire, omnis humanitatis fundamentum esse sapientiam, et loca esse in philosophia gravissima, ad quae oporteat, non pacatum animum evolventis historiam, sed nervos viresque decertantis afferre.

Omnis hominum cultus, sive humanitas, fere artibus et disciplinis continetur. Iam artium principium ac fundamentum esse sapientiam, id demonstrare supervacaneum ac puerile existimare, nisi essent qui putarent, philosophiam esse quasi patrimonium alicui familiae perpetuo relietum, aut quasi pallium, cuius induendi ad paucos homines barbatos pertineat; artem vero nihil esse aliud nisi formam quamdam, quae nihil habeat cum philosophia coniunctum, tamquam caelo delapsum Numae regis ancile, cuius ad similitudinem excudi cetera possint

et solemnioribus diebus a collegiis sacerdotum deferri. Haec qui existimet, is profecto miretur litteratos homines de philosophia interdum disputatione. Et tamen indubium est, non omnes quidem philosophos callere litteras, sed vere litteratum dici posse neminem, quin sit idem philosophus. Quia in re merito Stuarts Millius adfirmat, in latinis dictionibus singulis, totidem philosophiae praecepta contineri; de Aristotele autem dixere alii, eius rhetorica nihil deminque esse aliud quam sermonem de anima. Atque hic praetereo sapientium praestantissimos, qui pari ferme litterarum laude floruerunt, ut Socrates, cuius eloquentia ita animos auditum retinebat, ut publice accusaretur, quod maleficiis pelliceret adolescentes; ut Pericles, quem in *Phaedro* Platonis hoc praestitisse certis dicit oratoribus Socrates, quod is Anaxagorae fuerit auditor; ut Plato, cuius scribendi genere nihil magis atticum, nihil suavius; ut Aristoteles, qui, quum motus esset Isocratis gloria, docere coepit adolescentes dicere et prudenter cum eloquentia coniungere, ita ut visi fuerint deinceps veri oratores, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiae spatiis exstitisse. Hos, inquam, praetereo nec plura persequar in re notissima. At num existimemus, non dieam Homerum, qui, ut cecinit Flaccus:

... quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non  
Planius ac melius Chrysippo et Crantore dicit,

non Demosthenem, cuius ex epistulis intelligi licet, quam frequens fuerit Platonis auditor, non Tullium, qui philosophiae quasi civitatem latinam dedit, non Lucretium, non Vergilium, non, quem modo memoravimus Flaccum optimè praestantem quod praeceperat: « scribendi recte sapere est et principium et fons »; sed Phydiam, Polycletum, Zeuxin, subtilissimo sapientium iudicio caruisse? Quod si ab his arbitris, quae ad otium et voluptatem datae sunt, ad majora studia deveniamus, nonne imperatores ac rerum publicarum principes, nonne iurisconsulti ac magistratus, nonne mathematici ac physici ex philosophia, tamquam ex omnium doctrinarum palaestra profecti sunt? quid ipsa denique domestica, quid civilis societas sine philosophia esse potuisse?

— Sed haec trita sunt ac per vulgata, pudetque magis rhetorum voces referre, quam cum philosophis disceptare. — At quibusum? Cum iisne, qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse contendunt; qui angustos sensus, imbecillos animos, brevia curricula vitae dicunt et in profundo veritatem esse demersam; opinionibus et institutis omnia teneri, nihil veritati relinqu? Non est nobis profecto cum istis parata contentio, neque ea nobis philosophia probatur, quae lucem eripiat et noctem

quamdam rebus offundat. Quid ergo? Iisne stipulabimur, qui ad unius auctoritatem quum se contulerint, de rebus incognitis tamquam pythagorei indicant, et ad quamecumque sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tamquam ad saxum adhaerescunt? Ne istorum quidem constantia ita nobis arridet, ut patrocinium auctoritatis temere suscipiamus. Contra quos igitur stare oportebit armatos? — Contra neminem, inquit: mos enim defendendi certas quasdam et constitutas disciplinas, sive scholas philosophorum, iamdiu exsulavit. Quare nihil causae esse dicunt, cur contentiones concertationesque in disceptando fiant. Digladiantur licet cum mortuis qui sua tempora minime norunt: verberent crebris iectibus auras qui ante tenentur adstricti, quam quid sit optimum iudicare potuerunt; qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati ea necessitate constringuntur, ut etiam quae non probare soleant, ea cogantur constantiae causa defendere, eademque semper quasi dictata decantare, neque a commentariolis suis discedere: qui sua solum legunt, sua amant, ceteros causa incognita condemnant; homines sine arte, sine litteris, insultantes in omnes, sine acumine ullo, sine auctoritate, sine lepore; quos a praeiudicata opinione nullius umquam oratio aut docti aut indocti movebit. Addunt, nostris temporibus philosophiam non seorsim incedere, sed arctiori quodam foedere cum ceteris disciplinis esse coniunctam, ita ut ne tironum quidem scripta aliquo numero habeantur, nisi metaphysicam quamdam subtilitatem aut non mediocrem rerum usum ex varia eruditione praeferant; quod contra olim fieri soleret, quum verba exquisita ad sonum aequipari et argumenta e locis quibusdam oratoriis, veluti e thesauris depromere doceremur, unde scripta prodirent quasi papavere aut sesamo aspersa. Quin etiam eam philosophiae partem quae est quaerendi ac disserendi, quae λογική dicitur, ita nostram plane videri, ut, quae olim a magnis philosophiae magistris gravius tractarentur et fusius, modo in scholis primordiorum tradantur, eaque pueris elementa propositionis enucleantibus primo statim initio cognita sint atque communia, quibus propterea Tullii verba possint aptari: « Cum minime videbamur, tum maxime philosophabamur ». In dialectica autem illa vetere nullam vim existimant esse nec ad melius vivendum, nec ad commodius disserendum: captiosam et vacuam esse formam disputandi; esse denique nihil aliud quam rhetorica philosophorum. Devocandam e caelo esse philosophiam et in urbibus atque in domibus collocandam, ut iam non « nubes et inania captet », sed de vita homi-

num quaerat de iisque omnibus, quae spectent ad bene beateque vivendum. Hanc Romanorum fuisse sapientiam, quam vita magis quam litteris persequunti sunt. Id sibi Persium voluisse, quem caneret, corruptis iam civium studiis:

*Gratum est quod patriae civem populoque dedisti  
Si facis ut patriae sit idoneus, utilis agris,  
Utilis et bellorum et pacis rebus agendis.*

Haec tamen, aut similia, dicuntur magnifice magis quam vere. Quas in sententias multa quidem afferri possent, nisi spatii angustiae impedirent. Nonnulla tamen attingam breviter. Evidem non diffitear aetati nostrae feliciter contigisse, ut de incrementis studiorum atque omnis humanitatis secum ipsa posset iure gratulari. Neque esset fortasse magna inter nos et novarum rerum studiosos dissensio, nisi, ut ita loquar, « firmamentum divideret aquas ab aquis ». Etenim quum illi cælestia ab se omnino segregent prædicentque fontem omnium bonorum in corpore esse, nos vero pleraque ad futurae vitae immortalitatem referamus, necesse est, pro diversitate finis, studia esse diversa. Sed, quaecumque demum nostræ aetatis consuetudo est, primum quis eos coegit a summis rebus aciem oculorum deflectere, in quibus investigandis insatiabilis quaedam inest voluptas? Utilitatem, si dixerint, quid est in vita tantopere quaerendum, quam qui sit hominis finis, quid extrellum, quid ultimum, quo sint omnia bene vivendi recteque faciendi consilia referenda? An vero is habebitur sapiens, qui aut unde proficiatur aut quo pervenientum sit nesciat? Super haec autem habere errantem et vagam, non stabilem certamque sententiam, id plane abhorret a sapientia plurimum. Nisi enim res tam graves tamque præclaræ diuidentur, in summo errore necesse est homines atque in maxima rerum ignoratione versari, ex quo perturbatio vitae sequitur et magna confusio. Nobis igitur altiora investigantibus non est lueta eum mortuis; sed de rebus summis, quae ad vitam referuntur de ipsaque vita decernitur. Quod si cui haec leviora videantur, is certe inficiari non poterit consuetudinem disputandi maximo usui esse et ad acuendum iudicium et ad veritatem detegendam. Nonne enim ex lapidum confictu elici ignem videmus? In ipsa Graecia primum, deinde apud nos, philosophia tanto in honore numquam fuisse, nisi doctissimorum contentiibus dissensionibusque vigisset. Quamobrem minime assentior iis, qui istam, nescio quam indolentiam philosophandi magnopere laudent, ex qua vereor, ne ceteræ disciplinæ ipsaque litteræ, haud spernenda damna patiantur.

Quod vero artem contemnunt, quae ad legittime concludendum pertinet, haud quaeram profecto, istane causa fuerit, cur ipsam post studia de anima tradendam curaverint. Scio quidem solitos dicere, eam inde sumere initium ubi desinit altera, quae in scholis psychologia dicitur, quod vis cogitandi prius in homine, quam in se ipsa consideranda sit. Verum ne de loco magis solliciti sinus, quam de re, illud mihi vere video posse affirmare, conclusiones sive collectiones magno quidem usui esse omnibus disciplinis, in quibus argumentatio sit per inductionem tractanda: in quibus autem per ratiocinationem procedit, qua-

ut inquit Tullius, a rebus perceptis ad ea quae non percipiebantur adducimur, in iis omnino esse necessariam. Huc pertinent ii, qui mathematici vocantur, hue qui indubia quaedam principia ab auctoritate petunt, ut qui in legum et iuris, aut in rerum divinarum studio versantur. Atque hinc facile intelligitur, cur aristotelica haec forma conelusionum iis aetatis multo magis viguerit, quibus auctoritati plurimum tribueretur.

Videant igitur ii positissimum, qui sacris disciplinis addiscendis sese accingunt, quanti philosophia facienda sit. Qui ne forte putent, idem sibi esse negotium eum ceteris, illud maxime persuasum habeant, multa a philosophis esse petenda in ipso limine investigationis rerum divinarum. Quid enim sive de Deo, sive de homine disputetur, nisi ante constiterit natura ipsa tacite iudicante, et Deum esse, et eius mente atque ratione non modo mundum administrari, sed hominum vitae consuli ac provideri: horum vero animos ab omni concretione mortali segregatos interire non posse: tum etiam nihil impedit quominus et quaedam Dei nutrifiant, quae naturae vires excedant, et multa possint divinitus revelari, quae nos humi stratos omnino lateant? Itaque qui de rebus divinis, ipsius Dei testimonio, sapientissime seripsit Thomas, idem ante princeps exstitit philosophorum, edito potissimum libro contra gentes. Ceterae autem eius doctrinae partes atque omnia membra tum denique noseuntur, cum primæ illæ quaestiones, ratione duce, expllicantur; est enim admirabilis quaedam continuatio seriesque rerum, ut alia ex alia nexa et omnes inter se aptae colligataeque videantur. Sie Fides atque philosophia se mutuo amplectuntur,

*alterius sic*

*Altrea poscit opem res et coniurat amice.*

Ex quibus facile intelligitur, remoto Ecclesiæ magisterio, vix ullam haberi philosophiam. Neque enim hominis arbitrio aut eorum, quicumque se philosophos profitentur, permitti res gravissimæ possunt, nec ius est cuiquam, ne summae quidem potestati, praeter Ecclesiam, in re tanti negotii, certam aut studiorum rationem aut doctrinarum impomere. Quamobrem, qua in rerum conditione versamur, haud ita dolendum, forte etiam laetandum existimo, quod qui studiis regendis publice praesunt, a philosophia fere manus abstineant. Quod enim de doctrina religionis factum est, ut quum lege iuberetur, interdum in iudeos magistros offendere, idem facile posset philosophiae accidere; quae quidem vel ipsis, qui longe a nobis diversa sentiunt, patuit absurditas. Haud ita multis ante annis, in contione gallica, civis eius reipublie facile princeps (1) affirmare non dubitavit, sibi quidem Spinosae sententias valde probari; numquam tamen passurum eo uti doctore adolescentes; quin etiam, si quis illum magistratus expelleret, huic se magistratu gratiam habiturum suffragio. In Ecclesiam igitur, tamquam inter domesticos parientes, se iam sapientia recipiat, omnesque qui rei magnitudinem animo complectuntur, eo impensiorem philosophiae dent operam, quo carior illis Ecclesiae gloria ac dignitas esse debet.

P. ANGELINI.

(1) THIERS, *Chambre des députés*: séance du 23 Février 1850.

## DE LATINA ELOQUENTIA IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI.

SUBALPINORUM gens, quae, saevientibus bellis, serius omnino in litterarum concursum, cum ceteris Italies advenisse visa est, vel ab anno MCCCCXII, suffragante Martino V P. M. subduce Allobrogico Ludovico ab Acaia, archigymnasium obtinuit, in quo, adhibitis exteris doctribus, iuventus ad humanitatem effingere tur. At, nostri homines, propulsandis exterorum periculis unice intenti, militaria potius studia, quam mansuetiores musas colere cogebantur. Verum, cum primum maiores nostri singulari ae prope divina virtute Emmanuelis Philiberti a tot calamitatibus emerserunt, incredibile dietu est quantum experreta Subalpinorum indoles eluxerit, quamque expeditus ad omnem elegantiam cursus iis patuerit, ut homines ipsi in castrensi disciplina enutriti, inter aequales vel in levioribus litteris excellerent.

Nec propterea tristissimis illis temporibus desiderabantur poetarum cantus, qui principum nostrum aulas et beatiorum hominum convivia hilararent. Et iuvat in mentem revocare in primis hue venisse veluti in tutissimum portum, Torquatum Tassum, magna exercitum fortuna, ut iram principis fugeret, et animis multorum fessis laborum quietem procuraret.

In aula enim ducis Caroli Emmanuelis multi poëtae, et ipse princeps identidem carmina hand inelegantia e penu suo promebat, ut non modo bellica virtute, sed in nobili quoque ingeniorum certamine claresceret.

Nec nobilissimæ artes negligebantur, quae in naturae imitatione et pulchri studio versantur. Quod si optimae artes invectae mox defloruerunt, nemo sane aut gentis vitio dandum arbitrabitur, aut homines nostros a liberalibus studiis absurdos praedicabat, si modo rationem temporum aut acerbissimos casus teneat, qui universam civitatem deinceps labefactarunt.

At ne quid Subalpinorum religioni perieuli ex litteris adesset, praesertim ex proximorum haereticorum commercio, qui illa aetate omnia apud Gallos, Helvetios, et apud nos doctrinarum veneno contaminabant, ex consilio Princeps Allobrogum vestigiis, Emmanuelis Philiberti insistentium, per ducentos ferme annos politorum litterarum latinarum disciplina ab Taurinensi athenaeo exsulare iussa, tenebris circumfusa in infœunda solitudine paene delitescere visa est.

Quam quidem rem aegrius ferebant homines latinis litteris eruditæ; autemantes hinc, quasi ex impuro servitutis fonte, latinae eloquentiae interitum apud nos fluxisse.

Hanc enim provinceiam, litteras latinas iuvenibus tradendi, totam demandari voluerunt viris religiosis, qui in primis cavebant ut fidem sustinerent et tuererentur.

Iuvat ad hanc rem in medium referre ipsa verba L. B. Girardii, clarissimi illius aetatis viri: « Princeps ille, (Emmanuel Philibertus) qui oratoriam ac poëticam facultatem profiteretur, in Academia sua habere constituit neminem, quod satis esse censuerit, Iesuitas, nescio quos, suo in Collegio, hoe muneris cum puerilis ac infantibus obire ».

Nihil vero sanetius eorum cordi erat, nihilque earius contingere poterat quam religionem ab omniquaque vel leviore contagione praeservare.

Namque Princis rationem exactissimam et commerciorum lando, optimarum ordinatis, postremem aetatem cumularunt in dies floridissimis.

Mihi vero, cognoscens nos fuerit iactata inest desiderium patrum potissimum naeo in litteris constantia et eloquentia.

Res quidem in spatiis centum et cinq. doctores floridissimam latinam docentes et Thomam Valli.

A  
QUIN  
Equis credet eumque ea est pertum, quo designatus ad finem usque illi contigit. Quantarem, in quartu decimotertio sub gruentia in orbem tates non obsecrare. Sacerdos, — ecce vab Oriente. Et ex numerus formant et trepidat Carmonii (1) insania de sylva, et ad constabunt in pugna terrae Assyriorum. Dracones, nativitas tent se conspirant quendos eos. Isti tute illorum, et eam... Ecce mbe usque ad meridianum valde, plena irae et nubes magnae et cellae, et sidus, ut inhabitantes eam, locum altum et ignem, et grandinam et aquas multas. Vasque gentes iuxu: « Aquae, quæ gentes, et linguae

Iamque, ista ledabar Saracenorum bus, hortationibus Europamque, praeservare.

(1) An. vel non longi pati sunt, qui apud plenati fuere? Quos quidem Turcas dicere malum aut Carismatos nominare.

(2) Apocal., c. XVII.

## QUENTIA

URINENSI.

aevientibus bellis,  
in concursum, cum  
est, vel ab anno  
tino V. P. M. sub  
ab Acaia, archi-  
adhibitis exteris  
nitatem effingere  
pulsandis exter-  
militaria potius  
nusas colere cogi-  
maiores nostri sin-  
Emmanuelis Phi-  
merserunt, incred-  
eeta Subalpinorum  
peditus ad omnem  
it, ut homines ipsi  
iti, inter aequales  
ellerent.

illis temporibus  
tus, qui principum  
homium convivia  
em revocare in pri-  
atissimum portum,  
exeritum fortuna,  
et animis multo-  
procuraret.

Emmanuelis multi  
dem carmina haud  
rebat, ut non modo  
uoque ingeniorum

gligebantur, quae  
ehri studio versan-  
vectae mox deflo-  
ritis vitio dandum  
astros a liberalibus  
si modo rationem  
reas teneat, qui  
labeflactarunt.  
religioni periculi  
ex proximorum  
illa aetate omnia  
d nos doctrinarum  
ilio Principum Al-  
lis Philiberti insi-  
annos politiorum  
na ab Taurinensi  
ris circumfusa in  
litescere visa est.  
ferebant homines  
antes hinc, quasi  
tinae eloquentiae

eras latinas iuve-  
ni voluerunt viris  
nt ut fidem susti-

uum referre ipsa  
mi illius aetatis  
uel Philebertus)  
ultatem profite-  
re constituit nemici  
, Iesuitas, nescio  
meris cum pueru-

rdi erat, nihilque  
n religionem ab  
ione praeservare.

Namque Principes illi legibus ad temporum rationem exactis, civium incolumitati, artium et commerciorum incremento continenter advigilando, optimarum disciplinarum studiis rectius ordinatis, postremo bellica laude civilem prudentiam cumulando, mirum quantum rempublicam in dies florentiorem fecerunt, omniumque voluntatem sibi conciliarunt.

Mihi vero, cogitanti quibusnam casibus apud nos fuerit iactata eloquentiae latinae disciplina, inest desiderium breviter narrare de viris, qui patrum potissimum memoria, in hoc nostro athenaeo in litteris latinis tradendis, ingenii praestantia et eloquentiae luminibus primas retulerunt.

Res quidem incredibilis omnibus videbitur, spatium centum circiter annorum duos praesertim doctores floruisse, qui Subalpinos eloquentiam latinam docuissent, Carolum Boucheronum et Thomam Vallaurium.

SUBALPINUS.

## ARABES

QUINAM ET QUANDO?

**E**cquis credet elucubrationi huic meae, quae cum ea est, inscriptum fuisse, immo repertum, quo designaretur, titulum, postquam penitus ad finem usque rem deduxi? Ac tamen hoc illi contigit. Quum enim Saeras Litteras voluntarem, in quartum incidi Esdrae librum, haec decimotertio sub numero habentem, et inde ingraventia in orbem terrarum damna et calamitates non obscure indicantem: «Ecce, — ait Esdra Sacerdos, — ecce visio horribilis, et facies eius ab Oriente. Et exient (exibunt) nationes draconum Arabum in curribus multis, et, sicut flatus, eorum numerus feretur super terram, ut iam timeant et trepident omnes, qui illos audient. Carmonii (1) insanientes in ira, et exient ut aperte sylva, et advenient in virtute magna, et constabunt in pugnam, et vastabunt portionem terrae Assyriorum. Et post haec supervalescecent dracones, nativitatis suae memores, et convertent se conspirantes in virtute magna ad persecundos eos. Isti turbabuntur, et silebunt in virtute illorum, et convertent pedes suos in fugam... Ecce nubes ab oriente et septentrione usque ad meridianum, et facies earum horrida valde, plena irae et procellae... Et exaltabuntur nubes magnae et validae, plenae irae et procellae, et sidus, ut exterrent omnem terram, et inhabitantes eam, et infundent super omnem locum altum et eminentem sidus terribile, ignem, et grandinem, et romphaeas volantes, et aquas multas...»; idest novos populos novasque gentes iuxta allegoriam Prophetis in usu: «Aqua, quas vidisti... populi sunt, et gentes, et linguae» (2).

Iamque, ista legens, erumpentes inde recordabar Saracenorum catervas, Mahumetis legibus, hortationibus actas, et Asiam, Africam, Europamque, praeter Galliam, Italianam, Germaniam

niam, Poloniam et ulteriora borealia regio-  
num, saeculo vix uno, post Christum a septimo, subiicientes, incendiis, caede, internecone desolantes. Perspiciebam Turcas Ismaelitarum horum, Saracenorum, Agarenorum occupantes imperium ferocius, atrociusque furiantes; quinimo et ipsum ferme videbam belli novum genus, abdicatis arcubus, telis et gladiis, conversunque in arma, quae postea inventa sunt, effundentia desuper omnem locum altum et eminentem pilas ferreas refertas pyrogranis, unde sidus illud igne, et grandine plumbea et ferrea, et romphaeis volantibus, nempe lammis intortis «la mitraille», terribile. Considerabam haec, et mirabar; et mens mea vehebatur in antiqua illa gentium Ismaelitarum, quum res Arabum coepit institui.

Quandonam? Historiam simul et prophetiam recitabone, quam Agar fugienti domum Abrahami Angelus recitavit: «Multiplicans multiplicabo semen tuum, et non numerabitur prae multitidine... Concepisti, et paries filium, vocabisque nomen eius Ismael... Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, et manus omnium contra eum, et e regione universorum fratrum suorum figet tabernacula» (1)? Ismael autem potentissimus sagittarius factus est, deditque ei mater Agar uxorem Aegyptiam. Apud scriptores est hunc duodecim habuisse ex coniuge filios, ex quibus duodecim tribus Arabum gloriantur prodiisse, quaeque adhuc supersunt. Hae autem Arabiae regionem integrum, quanta ab Hevila ad Sur porrigitur, occuparunt, et habent nunc, latius fortasse, praeter eos, qui transmigrarunt, victoria contribulatum suorum arma sequuti.

Ceterum Ismael, quoniam de ipso verba fecimus, una cum Isaac morienti Abrahamo patri suo adstitit, extulitque in cavernam Ephron paternum cadaver. Coram suis omnibus filiis mortuus est centum ac triginta septem annos natus. Quum igitur Agar Aegyptia esset, et, quamvis in servitutem abstracta, non humiliis conditione, cultu et origine, quandoquidem ad regii viri Abrahami thalamum Sara hanc ipsa deduxerit; quum et Aegyptia uxor Ismaelis pariter esset; quum magnum nomen Abrahami ubique illuc haberetur, prout in sacris chartis cuique patet; quum denique Aegyptus eo tempore maxime floraret opibus, cultu, humanitate, divitiis, minime mirandum est si Ismaelis progenies, Aegyptiacis imbuta moribus, disciplinis, exemplis, tales se gesserit, qualem maternum populum et esse, et congregari, et coalescere circum videret. Hinc urbes exstructae, hinc aedificia, templa, monumenta, ares, artes, industriae et oppida illi fuerunt, qualia novum deebant populum, quem grandia fata in venturas vocabant aetas, grandia progenitoris nomina alebant, et ingenio valebat suo, et indole sagacissima utebatur in solo ubere, cui nihil a campis ad montes, ab irriguis agris ad squalentes arena solitudines, a sylvis et nemo-ribus ad patentia late prata deesse videbatur. Quae quidem omnia probat Arabum lingua, quae inter principes habenda est, tum quia millies centena hominum circiter millia (100,000,000) nunc illa utuntur, tum quia vocum quantitate, copia, suavitate fortassis parem non habeat.

Si enim Gesenio credamus, octoginta voces habet synonima, quibus mel enunciatur; ad exprimentum serpentem ducentis idem significantibus verbis utitur; quingentis vocabulis leonem exprimit; camelum et gladium mille vocibus indicat, et quatuor vocabulorum milibus uti potest ad significandum animi taedium, aegritudinem, curam, infelicitatem.

Vel Mahomethis ante saeculum insigni litterarum cultu Arabes fruebantur; quod facile visu est, si *Moallakak*, si poetarum Arabum historiam ab Almanqr exarata percontemur. Qui plura noscere cupiat, hunc ad lexica Chalecan, Doreid et Makrizi delegamus; viginti post hos voluminibus commentataam historiam et «anthologiam» arabicam legat; tum Faraibum, tum Seraggeddinum, tum Kazvinum quaerat, et in hisce postremis apud Arabes Plinios et Humboldtios esse reperiet. Diodorus Siculus nobis auctor est, in historica sua bibliotheca, Arabes olim proprios habuisse reges, veluti principes et dynastas, qui singulis Lucumoniis, quasi Hetruseo more, imperitarent, communia vero Arabicae reipublicae negotia simul uno coetu diiudicarent. Erat igitur veluti regum foederatio et societas, qua publicas res, prout Hebreai, prout Italiae populi, simul una tuerentur.

Iob ille Hussita, igitur, de quo Moyses refert, «vir simplex, rectus ac timens Deum et recedens a malo», amici eius Eliphaz Thematics, Balaad Suchites, et Sophar Naamathites totidem habendi sunt reges, qui, in maximis, uti Iob, opibus constituti, sapientia non minus, quam domesticis rebus fruebantur secundis. Idque nobis grave testimonium est tum de cultu illo gentis, tum de humanitate, tum deinde de traditionibus circa religionem et Deum, quae in Abrahami domo servatae, per Ismael et Agar in Arabum civitatem defluxerant.

Et quoniam in hisce sumus, non praetermittam Moysen, in Aegyptia regia a filia Pharaonis, nempe Sesostridis illius celeberrimi, educatum et quasi habitum fratrem Menephiae regis, quo imperante fuit exodus Hebraeorum, pariterque fratrem habitum Ramessi Danai fratris Menephiae, qui magna cum multitidine tum Aegyptiorum rebellantium, tum Hebraeorum quot in Aegypto, cum Moyse non abeuntes, restiterant, ubi enim bonum ibi patria, tum denique Indorum obsidum, quos a primoribus populi Sesostris olim debellator abstraxerat, in Graeciam se contulit. Pelasgos inde, Tyrrhenos nempe, depulsurus, ut sibi suisque faceret locum, non praetermittam, dieo, Moysen uxorem sibi duxisse Sephoram Iethri, summi sacerdotis, et fortasse, ut mos tunc erat, regis Madianitarum, filiam.

Triplex autem Arabia; immensa haec enim Asiae peninsula, quae Maris Rubri, Persici sinus, et Oceani Indi alluitur undis, trifarium dividitur, et nomine Petreae, Desertae, atque Felicis distinguuntur. Prima ad meridiem Palaestinæ est, et a Petra urbe principe nominatur, quam Idumæi meridiani et Amalecitæ incolebant: altera, quae inter Euphratem et montes Galad, Ituræos Orientales, Nabathæos, Cedrenos et affines reliquos confinebat; tercia, quae uberrima solo erat, apud primam et alteram et mare limites habebat, prorsus a Palaestinis

(1) An, vel non longius abundante voce, Carmonii nuncupati sunt, qui apud plerosque Carmonii, Carismani appellati fuere? Quos quidem a regione Turkestan profectos Europa Turcas dicere maluit, quam Carmonios, aut Carismanios, aut Carismanios nominare.

(2) *Apocal.*, c. XVII, v. 15. Cfr. *Daniel.*, c. VII.

(1) *Genesis*, cap. XVI et XXI.

divisa; et in hac Sabam reginam et reges tres, qui Magi in Evangelio appellantur, regna credimus obtinuisse.

Reges Arabum, teste Diodoro Sieulo, multum saepe profuerunt copiis et opibus proximis dissitisque regibus ac populis; interdum etiam graviora ab iis pertulere infortunia, prouti Xenophon et Herodotus historiae mandarunt. Nam eos Aegyptii, et Persae, et nonnulli ex Asia reges bello vicerunt, quinimo et eadem in eos fortuna usus est Graecus ipse Alexander, cui tamen visa regio ita deliciosa, ita opportuna otio bellisque fuit, ut in ea de sede imperii collocanda secum agitaverit.

Haec nobis tradidit Strabonis historia.

Verum, quidquid fuerit, quo tempore, Alexandro demortuo, duces, qui ad ipsum erant, inter se ad rapiendum imperium bellarent. Hierofimus Arabum rex potentissimus exstitit. Hircanus Iudeorum rex, cum Solymas oppugnaret, auxilia sibi ab Arefa, Arabum rege, rogavit; quem tamen Seaurus, e duebus Pompeianis unus, ab oppugnatione arcuit; et paulo post Aristobulus Aretam et Hircanum uno proelio fudit. Cum vero Seaurus interea ingressus esset Arabiam, Aretas idem, quingenta persolvens talenta, Romanum a regione dimovit, Antigono inter officia ponente. Abolaum, succendentem in regnum Aretae, Sileus occidit, ut loco eius ipse regnaret. Sed Herodes, qui dicitur magnus, cum bello adortus hunc esset belli causam interserens quod praedonibus publice auxiliaretur in Traconitide bacchantibus, Nacebum ducem Arabum ipsa in pugna interfecit, Silleum captum morti dedit, et, Caesare Octavianio Augusto iubente, Eneum, qui Aretas II appellatus fuit, in regno constituit.

Inde patet Arabes iam ex parte sub Romanorum potestate fuisse; at omnino Traiani tempore subacti Romanis legibus fuerunt et, Palma Syriae praeside occupante regionem, Arabia, in provinciam Romani Imperii redacta, suis moribus, iuribusque vale-dixit, usa dehinc legibus et more Romano; quod, Eusebio narrante, scimus anno Christi centesimo tertio accidisse.


Saepe tamen Arabes insurrexere in Romanos; at Augusti Severus, Maerinus, Aurelianus oppressere rebelles, et regionem in officium pristinum revocarunt. Tales itaque fuerunt usque ad annum DCXXV post Christum, quo Mahometus novam religionem annuncians partim armis, partim suasione ad sua convertit, ae dum supremus in ipsis princeps et propheta dominatus est, huius nomine et omni manu longe lateque Arabes porrixerunt, et maximam orbis terrarum partem fulmineo velut impetu sibi subegerunt.

At quid modo in hac regione de tot urbibus, templis, et aedificiis superest? Sequenti numero quid reliqui sit, quid superstet adhuc aspicie-mus, magna quidem, ut spero, delectatione lectorum, qui tot per saecula iacentia Arabum monumenta et nomina e ruderibus, quasi e sepulcris, reviviscere contemplabuntur.

D. LASCARIS.

*At primum scelerum matrem, quae semper habendo  
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,  
Trudis avaritiam.*

CLAUD. STYLIC. LAUDES, 2.



Custodia Christi Sacramento asservando,  
quam Fr. DELLA ROBBIA effinxere.  
(Photographice expresserunt Fr. ALINARI, Florentiae).

#### FRATRUM DELLA ROBBIA

OPERA SELECTISSIMA DUO.

CUSTODIA Christi Sacramento asservando, quam lectoribus nostris subiicimus, a fratribus Della Robbia fletili opere inseculpta aetatem suam primo intuitu satis pandet. Sive areum enim, sive columnas inspexeris, serta illa et ornatus frondium, avium, florumque renovatae artis saeculum, nempe XVI, spectant, quum eiusmodi imagines ex Romanis exemplis iterum imitari placuit. Pariter Romanae ad instar aedis, parvum illud atrium patet, cuius ex loculis hinc inde exorantes angeli eminent, cuius laeumar totidem distinctum trabibus, to-

tidemque rosis mire ornatum renidet, cuius post ostium recondi sacras species oportuit.

Uberrima pariter florum serta circa omne opus, quae angeli, miro stilo effecti, sustinent, atque in summo vas rosarium floridum, viva colorum specie, quasi effluvium odoris effundunt. Maiores angeli tentoria sublevant, ut patet sacrarii visus; angelici vultus per forniciem distributi arrident; brevi, totius operis venuistas et gratia paene angelica est. Quod si imago, quam damus, demptis coloribus, nimis pallescit, totius rei tamen formam existimare et praegustare, quamvis pallido simulacro, per gratum lectoribus arbitramur.

Idem de altero Robbiano opere sentimus, quod pariter exhibemus. En saneti viri Franciscus et Dominicus alter alteri occurrit, alias alium amplexatur, osculo pacis sese ad invicem consalutant. Contigebant haec in primo illo atque frequentissimo fratrum minorum coetu, quem a storeis plauit appellare. Tentoria enim atque casas innumerabiles paene per Assisinatum suburbium fratres posuerant, ut coetum celebrarent; neque tamen fratres tantum, sed et Umbri cives et peregrini sacerdotes qui conveniebant. Eos inter Dominicus ille Guzmanius recensendus, qui novum ordinem constituerat sacerdotum, ut contra haereses orbem lustrarent et Christi Evangelium praedicarent.

Ubi primum, narrat historia, Dominicus Francisco occurrit, sanctum esse statim sensit, atque eius ad amplexum laetanti ore et festino pede ascendit. Num occursum hunc arte sua fratres Della Robbia clarius exprimere poterant? Est pax, est fulgor in vultibus, poenitentiae vestigia in ore; intimusque sanctitatis lumen, quasi vivida flamma, afflignet. Mira vestium veritas, mira manuum tenuis imago: omne opus pietatem spirat, intuentes ad venerationem facile movet.

LAELIUS.

#### CAELESTIA.

LEGENTES quae diebus his nostris passim et ephemeredes, et commentarii et diaria de luna ferunt, illa in memoriam redeunt, quibus romanæ historiae libros Lueius Florus orditur suos. Ubi enim ad Augusti aetatem pervenit haec habet. «A Caesare Augusto in saeculum nostrum, haud multo minus, anni ducenti, quibus inertia Caesarum quasi consenuit imperium atque decoxit; nisi quod sub Traiano principe movet lacertos, et, praeter spem omnium, senectus imperii, quasi reddita iuventute, revirescit». Haec eadem de luna ad nostra usque tempora passim tradita sunt, haec eadem ab

astronomis pariter solis fulgore gloribris obsita nigrescunt iam inde, vnitus destitutum mundine perpetua quae noctes terrestres horum glacialis frigore Non aquas, non aquas nullum indicium terrarum oceani in luna maie, abyssus profundus nuda minime apparebant, «oceanus serenitas pellabantur, moerebantur, potius adscribenda, qui haec nuneupabatur».

nitimus in vetitum

Memini ultimo vel legges in astronomiæ tiones fuisse animadibus in luna – de Specie. Fassi sunt et pisso albicantia spatium quadrum postea erat et ipsas, quae a dum inter illa spatia igitur illa esse opponebant esse vias, quae ad eum que regionis instruixam, aliquam in aere gabant esse Seleni difficultas exstabat aqua, sine aere vivi gitaretur, id est illa nostrorum corporum nec aer, nec aqua cibis, absque respirant quid illis necessaria viae, quid denique nullus ventus, nulla cellularum, contra quibitacula Selenieolae

Hoc in pede res nam Schroeter, Maeson, Egler sententiae ritate tuentibus, qui si, quae severiori insitutae, altera in insulae felicitate pura exiguis telescopiis maximis in urbe Carterentur; haec in Andibus metrorum (statio Harvard apparet) detegit; nullo signo obfuscatur. Atque maicensis et Peru sedulis observationes derunt.

Plutonica, quam vet adhuc. Proeuldis olim haec vulnus quantus patet, subv

enidet, cuius post oportuit.  
erta circa omne efficti, sustinent, floridum, viva m odoris effun- sublevant, ut pa- ultus per fornici- tius operis venu- . Quod si imago, us, nimis palle- existimare et simulaero, per- us arbitramur.

Robbiano opere

pariter exhibe- viri Franciseus

er alteri occurrit,

plexatur,

osculo

em consulatant.

in primo illo

fratrum mi-

a storeis pla-

entoria enim at-

merabiles paene

suburbium fra-

nt coetum cele-

lumen fratres tan-

bri cives et pe-

nes qui convenie-

Dominicus ille

nsendus, qui no-

nstituerat sacer-

haereses orbem

risti Evangelium

narrat historia, seo occurrit, san- sensit, atque um laetanti ore ascendit. Num parte sua frates iurius exprimere ex, est fulgor in itiae vestigia in sanctitatis lu- flamma, afful- m veritas, mira mago: omne opus ntuantes ad ve- movet.

LAELIUS.

A.

stris passim et ii et diaria de redeunt, quibus s Florus ordi- aetatem perver- rusto in saecu- anni ducenti, consenuit impe- Traiano prin- spem omnium, iuventute, re- nostra usque eadem ab

astronomis pariter modo traduntur. Nam sive solis fulgore gloriosa niteret in caelo, sive umbris obsita nigreceret, astrum iners, demortuum iam inde, vitaque omni germinante penitus destitutum narrabatur, in quo vicissitudine perpetua quatuordecim dies totidemque noctes terrestres horrendo calore aestuentes cum quatuordecim diebus totidemque noctibus nostris glaciali frigore rigidibus alternarentur. Non aquas, non aërem, vegetans nullum, vitae nullum indicium telescopis muniti astronomorum oculi in luna reperiebant. Alpes altissimae, abyssus profundae, praeruptae rupes in caelum nuda minantes, voragini hiantes immane apparebant, et quae «mare solitudinis», «oceanus serenitatis», et huiusmodi in ea appellabantur, moerenti respicientium desiderio potius adscribenda, quam veritati rerum erant, qui haec nuncupabant ea lege, qua

*nitimus in retium semper, cupimusque negata.*

Memini ultimo vicennio delapsi saeculi me legisse in astronomico libro nonnullas ibi mutationes fuisse animadversas, quibus de habitatoribus in luna - de Selenitis - adstrueretur suspicio. Fassi sunt enim quaedam illie intercepisse albicantia spatia olim rotunda, quae in quadratum postea crevissent, et lineas, albicanter et ipsas, quae aggerum viarumque in modum inter illa spatia producebantur. Rati sunt igitur illa esse oppida in urbes mutata, hasce esse vias, quae ad civium commoda incolarumque regionis instruerentur. Hinc, factis innixam, aliquam in animos praesumptionem ingerebant esse Selenitas; attamen quotidiana difficultas exstabat ex eo, quod nemo sine aqua, sine aëre vivere posset, nisi aliud cogitaretur, id est ibi esse viventes longe a nostrorum corporum structura diversos, quibus nec aëris, nec aqua opus esset. Atqui si absque cibo, absque respiratione, absque potu viventer, quid illis necessaria longa itinera, quid stratae viae, quid denique teeta ubi nullae pluviae, nullus ventus, nulla vis, nullus impetus procellarum, contra quae omnia sibi domos et habitaacula Selenicolae exstruerent?

Hoc in pede res erat, acriter demortuam lunam Schroeter, Maedler, Schmidt, Webb, Neison, Egler sententia, argumentationibus, auctoritate tuentibus, quum rectius facere visum est, si, quae severiori inquisitioni et diligentiori opponerebantur crassa terrestri atmosphaera, penitus removerentur. Hinc speculae binæ constituae, altera in insula Iamaica ad Mandeville, altera in Arequipa Peruviana; illa, quadam insulae felicitate purissimo ex aëre, vel minima exiguis telescopiis discernenda praebet, quae maximis in urbe Cambridge nequicquam inquirerentur; haec in Alpibus Andicis constituta, duobus metrorum millibus et quingentis excelsa (statio Harvard appellatur) optime vel singula detegit; nullo siquidem vapore vel fumo aëris obfuscatur. Atque geminae haec speculae, Iamaicensis et Peruviana, ista quae sequuntur sedulis observationibus pro certo habenda deruntur.

Plutonica, quam dicunt, vis in luna ferret adhuc. Proculdubio quassationibus horrendis olim haec vulcanica vis lunarem orbem, quantus patet, subvertit. Abrupti montes, hian-

tes profunditates, barathri immanes, crateres, ut aiunt geosophi, talia testantur, nec quisquam, ruderibus coram amplissimis, urbem exstisset olim, subversam postea concidisse inficiabatur.


Singularis inter lunares vulcanos ille habetur, cui a Linnaeo nomen est, quem Grimaldus astronomus anno MDCLI descripsit, eius et imaginem retulit, qua notatur profundus nimium, etsi spatio non maximus. Quid? Eundem Schroeter anno MDCCCLXXXVIII praebet non profundum, non tenebriosum abyssu hiantem, sed quasi perexiguam superficiem, rotundam, scintillantem, aliquid in medio habentem quod non eminet. Atqui nisi Linnaeanus ille hiatus longe maior, quam nunc appetet, tunc temporis fuisse, debilioribus telescopiis, quo prisci illi utebantur, distingui nullimode potuisset.

Sed huius vulcani persequamur historiam. Circa primos annos praeteriti saeculi XIX Lohr-

nis non absimilem. At ubi ignis ibi aqua; alterius enim ex duobus sine adversario existare non potest; et pulchre unusquisque de alterutro diceret quod olim de se poeta:

*Nec tecum possum ricere, nec sine te.*

Aqua immissa et admissa, intima soli strata concepient ignes et flagrant, ignium calore aquae, solidae quae prius erant frigore, solvuntur, mouentur, adstruntque nubes et pluvias; fontes et flumina, stagna, lacus, maria conficiunt; per vegetalium membrana moventur; per aërem diffunduntur, et magnam atmosphaerae partem constituant, sine qua vita germinantium omnium et animalium minime exsistet. Itaque, dum diligentius omnia investigantur, in luna compertum est candentes illas in montibus lineas urente sole decrescere, recedente increscere; quae in vallibus enoribus nuda erant visa sunt



Sancti viri Franciscus et Dominicus alter alteri occurrit.  
(Fratrum *Della Robbia* opus photographice expresserunt Fr. ALINARI, Florentiae).

mann de Linnaeo scribat abyssum esse quatuor circiter millibus hiantem diametro passibus, profunditatis immensae. Vides quam sit diversus a Schroeterii sententia! At Maedler septies perscrutatus assidue, sedule, diligentissime, crescentem rictu notavit; nam rictu horrendo non quatuor, sed sex passuum millibus hiabat. Crescit amplitudo una cum annis, et Schmidt, qui imaginem eius octies retulit, diametrum illius dilatat ad septem passuum milia, profunditatem ad metra plus minusve trecenta. Verum hic ipse, qui talia octies de illo dederat anno MDCCCLXIII, anno MDCCCLXVI annunciat prorsus evanuisse, nec amplius existere videndum. Porro talis erat. Verum repente paucos post menses astronomico eidem rursus emicuit, at vix quinquaginta passibus ac ducentis patebat; mox, biennii spatio, iterum ad diametr. 1500 passuum crescere pedentim; postea imminutus est, et nunc vix septingentis, vel octingentis passibus diametro hiat.

Haec et similia, quae in collibus, conis, vulcani Plutonis observata sunt, ad evidentiam ostendunt et ultra vulcanorum vim lunae inesse, frequentem, potentissimam, et a nostris vulca-

quemdam colorem induere, ubi illae solis ignibus adortae minui coepérunt. Ergo in luna aquae, glacies, nives; ergo vegetalis vita; ergo et animalis. Huc usque nunc; cetera avidi exspectamus.

At interea astronomi magnis aucti inventis, quibus aetas haec ultima feliciter potita est, profunda caeli bono alite perscrutantur. Opus circa solem eiusque maculas ultrō sumpserunt sibi speculae Greenvianae, Indicae, et quae in insula Mauritio constituae ad hoc sunt; nec dies sine linea praeterit. Speculae americanae, Yerkes, auctore Georgio E. Hale, aliquid perfectius Greenvianis ipsis attigerunt, instrumento reperto, quo, uno tantum intercepto solis radio, puta calcii, frequentissimi in sole, ex hoc probatur virtus esse in sole ubique; at longe fortius illie existere ubi maculae habentur. Doctus vir Langley, a speculis Smithsoniani athenaei, «bolometrum», instrumentum novum adstruxit, quasi oculum manufactum quemdam, tenuissimo metallico filo constantem, per quem electricus agitur rivus. Apparatus hic ita caloris particeps fit, ut, ne ab ipso calore humanae manus attingentis commoveatur, apposita

in theca includendus sit, et haec in aqua sit submergenda. Hac industria usus Langley calorem solis ita dimensus ad apicem est, ut res eadem nec aliis contigisse antea, nec aliquid desiderandum praeseferre videatur. Nondum tamen quantum caloris a sole terra suscipiat, quantoque imbuatur ad unguentum compertum est; nam difficile est adstruere et quot disperdantur in atmosphaeram radii, nee minus difficile est anquirere quantum caloris a se terrestris moles expellat.

De stellis modo dicendum esset, sed ea res est amplissima etsi iucundissima, quam nec hodierni spatia commentarii capere possunt, neque brevissimo audemus coaretare compendio, quasi lectores nostros exquisitissimis privaremus deliciis. Traducemus haec igitur alias, unde magnus, ut cum Tullio loquar, fructus erit iucunditasque sapienti.

M. LANI.

#### NUPERAE IN INSULA GRETA EFFOSSIONES.<sup>(1)</sup>

Circa montem Haghiae Triadis aliquid spirat suave et moestum simile Pompeianis nostris ad Vesaeum; et sinus Dibaci, et Hieropotamos flumen bicolori proceraque populo frequentes aliquid habent (hie pro atro Vesuvio mons Cedrius est), aliquid habent, inquam, quod Sarni fluminis vallem, et fluenta, et mare, in quo

(1) Cfr. num sup.

18]

FABULAE SELECTAE FONTANII  
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE  
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

#### LXXIV. — LEO AD BELLUM PROFECTURUS.

*Grandia coepit leo meditans (nam bella parabat)  
Consilium dueibus prodidit omne suis.  
Mittuntur, qui conscribant ubicumque rolores,  
Atque rudes doceant militis officia.  
Undique concurrunt qui, regia iussa sequentes,  
Ritu quisque suo belligerare velint.  
Tum leo: — « Portabit turres elephantus et arma,  
Turmas mole gravi conteret oppositas.  
Ursus, si capienda sit urbs, in moenia scandet;  
Insidias hosti tendere, vulpis erit.  
Simia, scurribus effingere callida motus,  
Hostem detineat saltibus atque iocis.»  
Tum quidam: — « Dimitte pigros — proponit — asellos,  
Et leopos, parido pectori molle genus.»  
— « Haud faciam — rex inquit — et his sua munia serro:  
Si deerant, acies non mihi iusta foret.  
Noster erit tubicen, cui vox immanis, asellus;  
Cursorum peragat gens leporina rices.»  
Rex sapiens, animo qui versat cuncta sagaci,  
Ciribus et minimis commoda certa capit.  
Dig nosebit, quasnam sit quilibet aptus ad artes.  
Nil tibi, si sapias, utilitate caret.*

#### LXXV. — URSUS ET DUO SOCI.

*Cum duo socordes socii nil aeris haberent,  
Mercatoris (erat pellio) tecta petunt:  
— « Visne — rogant — ursi vellus mercari; ursi  
Quem capiemus (agros nam populatur adhuc);  
Ursi cui pellis rastissima, perria nullis  
Frigoribus, luceri fons tibi conspicui? »*

rivus influit, referant. Ruina praeceps, at irreparabilis, regium palatum subvertit: bellieo ne furore? an fortuito incendio?, an terraemotu quatiens? — Ignoramus; attamen subversa sunt omnia, quae nunc quingentis ab hinc annis supra tria annorum millia revocantur ad lucem, omni ferme ornata supellecili, qua tunc instruebantur. Aedificium, qua parte latet, integrum ferme est, murumque praebebat quadratis molibus conditum, cui fenestra in medio, et offert aulam alabastrinis circa sedilibus, et parietibus alabastrinis insignem. Porticum pro fronte habet, habet scalam, qua ad superiora, aperta fortasse solaria, ascensus esset, unde late prospectus, immo et, ad latera portae, duo lapidea sunt candelabra, arduae basi imposita, et in superiore disco, lucernis proximo, affabre sculpta. Haec, quasi dicemus externa, quibus coniectura est, aedificium istud, arei regali Phaeostos proximum, aestimandum esse regiam villam, rusticationi, deliciisque addictum palatum.

At quae interius visenda manent coniecturam in certitudinem mutant, fortasse et in evidenter, qua sartum teatunque sit quid regium, et quidem opulentissimum esse prae manus. Interiores parietes gypso illitae durissimo pieturas circumstantium collum, camporumque reddunt, quibus et scimus nos hodie qualia olim illa habitabantur, ornabantur, et olim princeps, qui domi sederet, imagine suavissimarum rerum, quae trans parietes erant, non careret. Florida prata, asperae, praeruptae rupes, venationum

simulaera. Hie felinum animal phasidae avi appropinquat, lentum, insidians, arrectis auribus, oculis in praedam inhians, intentum; illie lepus perniciens per media prata fugax; inter olearum ramos femina lateribus tenuis appetet, induita veste plurimis aeu scripta coloribus. Lateritia vasa rara quidem: at, veluti illa Abydensia, lapidea sunt nonnulla, nec ineleganti indole dolata, striisque sulcata, neque ab illo diversa, quod doctus vir Evans in pictura quadam Gnossica reperit a puero detentum. Magna etiam amphora ahenea reperta, non tamen conflata igne, sed variis confecta lammis clavo assutis; tum eodem ex metallo serrae, tripodes, asciae, scalpra, quae in summa erant ut marmora, tristesque aptarentur, tum disci, sive patinae. Numquid hoc, in quo versantur fossores, potius quam regiae domus pars nobilissima, erat emporium fabrilibus laboribus destinatum, aut officina quaedam opificium, aut quum lapsa restaurare coerant, nova pestis fato tenacissimo tentantes et facientes absumpsit? Atqui humanorum ossium reliquiae desunt, quamquam, tot delabentibus saeculis in cineres et coenum potuerunt converti. Tempore Mycenaeo gemmas caelare ad sigilla in pretio erat; opifex quidem etsi calybeia eu spide, et aeu et contrito vitro minime uteretur; attamen patientia et arte opus eximia Pallade absolvebat, quibus et porphyreticus lapis et iaspis, etsi durissimi, parere dociles debuissent. Sigillum cretae apponebatur, atque hoc signabantur areae, in quibus pretiosa quaeque recon-

*Fortia se produnt haec vere pectora, quae nec  
Discrimen praesens examinare queat.  
Saepius audaci qui voce pericla remota  
Spreverat, arripuit, cum subiere, fugam.*

#### LXXVII. — PHOEBUS ET BOREAS.

*Apte munitus ventos adversus et imbræ,  
Forte viatorem Sol Boreasque rident.  
Venerat Autumnus, cum Phoebus et Iris et atra  
Succedit uno saepe procella die.  
Mensibus his dubiis (dubios dixerat Latini)  
Ad subitas ne cui penula desit aquas.  
Spissa viatorem, panno confecta tenaci.  
Manno dum rebitur, penula rite tegit.  
Tum Boreas: — « Homo se prorisum censem abunde;  
At nondum didicit, quam furialis ego.  
Fibula nulla viri mea contra flamina stabit,  
Ludibrium canibus pallia rapta dabo.  
Res risu iucunda mihi, cui testis adesse  
Et pugnae iudex, aemule Phoebe, relis.»  
Phoebus ad haec: — « Certemus, uter nostrum sit euntri  
Rapturus citius, quam gerit ille, togam.  
Incipe tu: tempestates aresse sonoras,  
Horis conde tribus meque meumque iubar.»  
Mox folles Boreas inflare, sinuque capaces  
Addensare nigros: intumet instar utris.  
Sibilat, immugit, Stygios ut paene tumultus  
Immittat terris, inrehat oceano.  
Immeritae passim naevaque domusque laborant:  
Unaque dannorum penula causa fuit.  
Interea, minimam ne ventis præbeat ansam,  
Vestem stringit eques, stringit ultraque manu.  
Fortius hanque premit, quo turbinis aevius ira.  
Exagitans lanam, colla sinusque preti.  
Finis ut advenit nimbis, en luce serena  
Plenior apparet Phoebus et igne pio.  
Igne virum foret algentem; mox ille calescit,  
Sudat; ne sudet, iam levat ipse togam.  
Sic Phoebus ricit, totis nec viribus usus;  
Sic ris blanda potest, quod violenta nequit.*

(Ad proximum numerum).

debantur, erat possessor, agnus in Haghia Triadis Eoa plures, e signatis referentibus forlorica quadam, est hic leo unius sunt alibi averius enus est innatae instructi clypeo, neeropolis Phaeautem creta præfert litterae naei, præhellenique monumentis porro cumanis scripturam; namenta lateritia Triada. Quid si Quae igitur humi Ägyptis, modo batur, ecce tota insula Creta, ut mater habenda struat, quod pro communia habentur bisque pateat ex simulacra Libye et capitum ornata ornatu a notis diversa satis. Ecce quod Cretensis.

Supremis hisce vas nigrae steatites in medio mirabilibus. Frusta fracta opus dederunt. E nihil par plastes. Celeerrima Vafice pulcherrima mia haud facile figuræ: hic percurrat ad Homeri Vulcani opus in describuntur. Numerus anaglyphon quatuor referentes redditus parta victoria. Dum mea lorica, taenii manu agit in summa sequuntur octo, nam ad lumbos præcedit mero tridentem. Ascia est, quo fere Novae-Zelandiae mines, haud certe quartus ad eos similiter manipulum militum in medio captiuum caput elevat alii demonstrans. Quod accidente eos ultibile dictu est, tam affabre descripta singulas ita emicant. Quamvis apud Græcum ferant, hoc perfectissimum sp.

animal phasidae avi  
dians, arrectis auric  
ians, intentum; illie  
a prata fugax; inter  
eribus tenuis appetet,  
scripta coloribus. La  
at, veluti illa Aby  
nulla, nec inelegant  
leata, neque ab illo  
Evans in pictura qua  
pouero detentum. Ma  
a reperta, non tamen  
onfecta lammis clavo  
allo serra, tripodes,  
mama erant ut marmo  
m disci, sive patinae.  
antur fossores, potius  
bilissima, erat empo  
stinatum, aut officina  
lapsa restaurare coe  
nacissimo tentantes et  
i humanorum ossium  
um, tot delabentibus  
potuerunt converti.  
as caelare ad sigilla  
lem etsi calybeia cu  
tro minime uteretur:  
opus eximia Pallade  
phyreaticus lapis et  
re dociles debuissent.  
cur, atque hoc signa  
etiosa quaeque recon  
.

ectora, quae nec  
are queat.  
la remota  
biere, fugam.  
  
US ET BOREAS.  
s et imbræ,  
que rident.  
ebus et Iris et atra  
la die.  
dicere Latini)  
lesit aquas.  
cta tenaci,  
a rite tegit.  
orism censem abunde;  
furialis ego.  
flamina stabit,  
rapta dabo.  
estis adesse  
Phoebe, velis.»  
; uter nostrum sit eunter  
ille, togam.  
sonoras,  
neumque iubar.»  
que rapores  
instar utris.  
paene tumultus  
ano.  
omusque laborant;  
causa fuit.  
raebeat ansam,  
it utraque manu.  
turbinis acris ira,  
usque petit.  
uce serena  
igne pio.  
ox ille calescit,  
ipse togam.  
iribus usus;  
violenta neguit.  
).

debantur, eratque signum, quo herus, gemmae possessor, agnosceretur. Unum ex hisce sigillis in Haghia Triada repertum est, quo ostenditur Artemides Eoa in monstrum pugnax; praeterea plures, e signatis olim cretis, cretae, sigillorum referentibus formam. Stat illie mulier coram lorica quadam, si tanen indumentum non sit; est hic leo unguibus arripiens antilopem; duo sunt alibi aversi praelantes vultures; alibi cynus est innatans; bellatores alibi duo, beotico instructi clypeo. Postrema haec imago ab annulo necropolis Phaestiae iam emicuerat. Quaeque autem cretae praeterea signum, seu characterem praefert litterae alphabeti, vel syllabarii Mycenaei, praehellenici, ceu apparent in tabulis, aliisque monumentis Gnossensibus et Phaestianis. Ita porro cumulantur indicia circa Mycenaeanam scripturam; nam quinque iam habentur monumenta lateritia linearis characteris ex Haghia Triada. Quid si emicuerit bilinguis inscriptio? Quae igitur humani cultus et artium fax modo Ägyptiis, modo Babylonicis regionibus tribuebatur, ecce tot inclarescit nunc argumentis in insula Creta, ut haec vel aemula illarum, vel mater habenda sit, quum nonnihil Evans adstruat, quod probet Cretensem insulam plura communia habere cum regione Pharaonum, non bisque pateat ex repertis haberri virorum hic simulacra Libyeum olentia morem in cincimis et capitum ornamenti, ore non minus quam ornata a notis figuris Mycenaenis distincta, ac diversa satis. Eequid scientiae supremae antiquitatis Cretensia ista parabunt?

Supremis hisce diebus ad Haghiam Triadam vas nigrae steatits Halberr invenit, distinctum in medio mirabilibus circum distributis imaginibus. Frusta fracti vasis collecta integrum fere opus dederunt. Elegans opus, mehercule!, cui nihil par plastes Mycenaei hactenus obtulerunt. Celebrima Vafii cymbia aurea venationum vice pulcherrimas ostendunt colore et arte eximia haud facile superandas; at illie paucae figuræ: hic permulta, talesque ut mens reccurrat ad Homeri atque Hesiodi carmina, quibus Vulcani opus in clypeis Achillis et Hereulis describuntur. Numquid huiusmodi viderat? Hoc anaglyphon quatuor et viginti imagines exhibet referentes redditum gentis, fortasse Cretensis, parta victoria. Dux eminent comato capite, squamea lorica, taeniis vento fluitantibus, palumque manu agit in summo recurvum. Bini bellatores sequuntur octo, mycenaeo more induti, cingulo ad lumbos praecincti, galero phrygio pileati, humero tridentem portantes cui sub cuspidibus ascia est, quo fere ritu armati nunc incedunt Novae-Zelandiae populi. Inter hosce tres homines, haud certe similes bellatoribus, nudi capite, fortasse captivi, aperto ore vocantes: quartus ad eos sistrum agitat. Decurio sequitur, manipulum militum alterum agens, et manipulo in medio captivus alter in terram delapsus caput elevat aliquid doloris et precis vultu demonstrans. Quatuor denique sunt milites, acciente eos ultimo manipuli alterius. Mirabile dictu est, tam brevi spatio tot imagines affabre descriptas esse, nitide, splendide, et singulas ita emicare, ut si quaeque unica esset. Quamvis apud Gnossum pyxides e steatite quid simile ferant, hoc Haghiae Triadae anaglypton perfectissimum specimen Mycenaee artis ha-

bendum censemur, et sui generis ferme thesaurus inaestimabilis.

G. P.

#### DE SINENSIO THEATRO NOTITIAE.

**S**i *Shu-King* libro, historiam gentis enarranti atque a Confucio philosopho exarato, fides adhibenda est, musicis modis ludere ab antiquissimis usque temporibus periti Sinenses fuerunt. Musices modis, ut apud Graecos, choreae duebantur, inde nutibus ludere coeptum, tandemque dramata acta sunt. Hodiernum vero theatrorum genus nudum nimis atque rude ita apparet, quasi fuerit primitus constitutum. Seena deest, canentes viri in ultimo loco loquantur: qui spectant in gradibus sedent, quibus atrium, theatri locus, praecinctus. Cavea, sive in templo, sive privatis in domibus drama agatur, pauperibus semper nullo pretio patet. Ita fit, ut humiliores etiam cives historiam suae gentis apprime cognoscant: ea enim in ludo sibi dilectissimo edocentur ita, ut numquam oblitiscantur, quod nec nostrae plebi, neque pueris contingit, cum segnius irritent animos demissa per aures quam quae fidelibus oculis subiiciantur. Pleraque enim Sinensium dramata gentis historiam in scenam proferunt, habentque suum singula oppida theatrum, quo migrant certis temporibus actorum histriorumque globi qui fabulas agant, quarum pretium ditiores cives solvunt. Una vel duobus hebdomadis actorum coetus moratur; media quoque die fabula incipit, atque ad primam usque noctem producitur. Recitantur pleraque ludentibus ita organis, ut mirum sit tantam actores vociferationem sustinere posse. Fabulas memoriter sciunt; nam a prima pueritia in ludieram artem addiscendam incumbunt, dum maxime memoria pollet. Vestes actorum nobiles atque ornatae; scena nulla, interludia nulla sunt.

Dum agitur drama, oppidani omnes feriantur, atque ipsi vicissim vestibus optimis vestiuntur; matronae in gradibus considentes bellaria ignitosque potus sumunt, licet urbana spectacula, ut plerumque accedit, in aedibus sodalitiorum proponantur, quae industriis vel commerciis vacant; quin etiam, si quando lites sint inter sodales, qui iniquo marte ex iure discedit poenae nomine fabulae expensas sustinet.

Normae quibus scena paratur satis rudes: imperator, qui sellae insidet summa in tabula positae, si cum pari suo in scena stante colloquatur, obsessae urbis praefectus esse censetur, qui cum obsidente duce negotia belli agat; equites censentur esse omnes qui fustem gerant; mulierum partes viri ludunt voce acuta ac muhribus vestibus induti, ita tamen ut peritisimae mulieres imitentur.

Proprium autem id praesertim Sinensium dramatum creditur esse, ut ad mores emendandos maxime personae nitantur, obscaenaque omnia longe vitent; quae si quis scriptor vulgaverit, carcere punitur. Dramatibus enim memorant philosophi Sinarum populum esse erudiendum, qui haud pollet litteris, ut libros legat; quapropter optima semper exempla ut spectantibus proponantur lex est. Longe autem alias quam Indi scriptores, quibus monstra atque prodigia immania passim exponere in scenam placuit,

Sinenses scriptores hominum mores investigant penitus atque exprimunt, et defectus et vitia optime carpunt, ita ut populi ingenium investiganti maximo auxilio eveniant omnia quae in scena quomodo cumque offeruntur. Itaque, haud seus atque olim inter Graecos, magnum adhuc inter popularium mores locum spectacula obtinent, neque habentur ullibi publicae aut religiosae feriae cum huiusmodi fabulae non habeantur, nec plerumque privatæ solemnitates. Insolitum vero videtur tot e dramatibus Sinensium gentis per pauca hactenus in reliquos Europæ sermones esse vulgata, quamquam fabulae pulcherrimae profecto non desunt, ipseque Voltaire eam laudavit ab orphano gentis Chao dictam, quae saeculo XVIII ineunte Gallico idiomate impressa est.

A. COSTAGGINI.

#### HORAE SUBSECIVAE

##### BLATERO.

*Este prœcul, pueri, linguisque animisque facete  
Ingenio praestante viri date vocibus aures.  
Non olim tam digna Deo, tam magna locuti  
Lapsa per Ausonias iactant quot saecula terras  
Aurea, non illum Phœbeae aequare sorores  
Eloquo calcant, et carminis auctor Apollo.  
Non ita montano violentus flumine torrens  
Perstrepit, adversaque abrupto vertice sylvas,  
Obstantesque trahit lucos, quantum iste fragore  
Hinc hominum innumeras condensat et inde catervas.  
Vocis ad horrendae sonitum, ruitura videres  
Horrendumque gravem minitari tecta ruinam  
Ingenti concussa sono, non impetu tanto  
Torquetur falmen, quanto fera verba furore  
Fulminat impatiens irae, saepe ore tonanti  
Terrificat sones, poenas quin saepe minatur.  
Et sedet, et surgit, pede pulpita pulsat utroque  
Nunc manibus plaudit, nunc alta ad sidera vocem  
Tollit, et obtutus fixus nunc haeret in uno.  
Attonito similis nunc hos, nunc increpat illos;  
Insultatque minans, bacchantesque excitat iras.  
Saepius ille etiam (dicendi tanta cupido est)  
Fertur in absentes, ignotos inde Britannos  
Alloquitur Turcasque feros, durosque Gelenos.  
Aethiopumque undas, et Nilo conscientia regna,  
Infernusque lacus, loca nocte silentia late,  
Scrutaturque vices Superum; qui denique fando  
Cuncta ferebant, magnoque volumine singula speret  
Complecti, et molem tantarum evolvere rerum.  
Non ita præcipitem, pelagoque immane ferentem  
Nauta timet Boream, clamosa ut roce loquentis  
Quisque pavet, tanto vocis tonat ille fragore.*

##### TACITURNUS.

*Parvus at ille Cato, quo non praestantior alter.  
Multæ silet, nova multa licet sibi cognita soli  
Iactitet, apta nigra medium ferragine solem  
Obruere, atque imis exertere sedibus oreum:  
Ipse suæ consultor opis, nullius egenus  
Mille animo versat curas, rerumque volutat  
Eventus varios, et dedignatus amicos  
Conventus hominum refugit, non ille per urbem  
Errare, et totos visus discurrere vicos.  
At tenebras inter densa caligine caecas  
Secretosque aditus penetralia caeca domorum  
Vivit lucifugo defixus lumina vultu,  
Tristis ad extremum stimulis agitatur inquis.  
Et penitus rerum ambages, causasque latentes  
Molitus servatque alta iam mente repostas.*

E. DE AZEVEDO.

## QUAESTIONES INTER SOCIOS PROPOSITAE.

De quibusdam animalium vocibus  
apud Latinos et Italos.

**S**AEPENUMERO mihi occurrit quantum cognitioni linguarum sit adlaturus auctor, — Gellius ille alter, vel Varro, — qui e dialectis illis rusticis, adhuc vulgi ore in Italia audiendis, verba illa collegerit, quae ad voces animalium et avium exprimendas vel hodie in usu sint. Notissimum enim omnibus est plurima verba, quibus antiqua et nobilis origo, ex urbanorum loquela cessisse: quae tamen ruri, apud infi- cietos, ut cum poeta loquar, adhuc vita superstite et pristino vigore fruuntur. Quamobrem equidem dolore afficio reputans brevi futurum ut locutiones tot, simplicitatem et elegantiam prae se ferentes, saeculo uno vel altero pro- grediente, ad mortem destinatae videantur. Me puer crediderim nordicas Angliae partes habitantem vix intelligere posse quae locutus eset civis Londiniensis: hodie nemo est qui non ephemeras perlegat, nemo qui cum advenis non fere quotidie colloquatur; denique pauci sunt qui nondum ex ephebis egressi, iudi magistrum alienum audierint. Credo autem apud alias gentes, inter quas Italianam libenter numeraverim, vel hodie dialectorum (ut aiunt) magnam copiam extare, ex quibus posse fieri credam verba quaedam adhuc superesse animalium voces ex- primentia, atque successu perpetuo ex ipso sermone oriunda. Nulli qui litteris latinis studet ignotum esse arbitror poema illud quod « Philomelae » nomine inscribitur, Ovidio perperam adtributum, hodie autem rectius poetae cui- dam saeculi senioris adscriptum. In quo carmine legimus « parrum » per noctem ommem « tinnipare » solere; unde cogere quaerere quae- nam avis eset « parris » ille (an bubo?), qui tinnipaverit: tum etiam quaerendum videtur an vox illa « tinnipare » vel hodie apud Italianae dialectos supersit. Simili modo dicitur acredula « rurilulare », sturnus « pusitare », perdix « ca- cabare », anser « gracitare », anas « tritini- nire », cygnus « drenare », accipiter « pipare », milvus « lipre », gallus « cueurrire », hirundo « trissare ». Multa alia eiusmodi notavit incer- tus Philomelae auctor: alia vero eiusmodi glos- saria de animalium vocibus addidit doctus ille Burmannus Secundus in libro, cui titulus: *Anthologia veterum Latinorum Epigrammatum et Poematum*, sive *Catalecta Poetarum Latinorum* (Amstelodami 1719:1723).

Plurimum quoque naturalis historiae cogni- tioni attulerit, si quis scriptor italicus curam sibi imposuerit animalia illa atque illas aves describendi, quae iam antiquis temporibus in Italia nascabantur, quo scilicet cognoscere liceat quaenam ferarum genera recentius extincta sint: neque minus iuverit cognitum habere quaenam animalia, quae aves in peninsula italicam, post Christum natum, illatae sint, inter quorum numerum animalium credo refe- rendum esse « rattum » (murem Ponticum), fel- lem (« cattum »; nam veteres quidem viverra quadam pro catto utebantur) et eunieulum: quem quidem ex Hispania in Italianam migrasse constat; sed velim scire quo tempore.

Liverpoliae.

HERBERTUS A. STRONG.

## ANNALES

Convivales ioci — Mauritanorum seditiones — Russicae res in Europa et in Asia — Ameri- cana bella civilia.

**I**N summa quiete, in tanto pacis desiderio cui omnium in Europa populorum animi inten- dunt, classica his diebus alte de improviso resonuere, Pelletan, navalium rerum in Gallia administer, cecinit, qui in Corsica insula primum, deinde in Africa ad Carthaginem hanc ipsam civitatem ad exsuscitationem novam in- vitavit in Anglos, in Germanos, in Italos. Ad contionem advocati — castra inter epulas erant — milites properantes, frequentissimi accurrunt, plausuque et clamore pugnacem imperatorem se quoquam sequuturos per poecula vino redundantia solemniter iurant. Nulla mora; copiae omni bellico apparatu instruuntur; iamque aies in eo sunt ut ad certam victoriam proficiscantur cum Thraso ille alter tantum in eloquentiae suae motibus exsistere quae bello parienda cre- duntur, facile declarat, seque eadem prorsus ac reliquos omnes in Europa viros, quibus magnus est usus tractandae rei publicae de pace universa sentire, hanc summopere expetere, hanc humani generis se amantissimum pro viri- bus euraturum. Exercitus itaque dimissus, ne uno quidem proelio debellato...

Euhoe! Euhoe! semper mihi sententia fuit ne convivia nimia publicis administris compa- rarentur! Nonne videtis quaenam haec possint iocari?

\*

Forsitan Pelletana cogitatio ad commenta illa tracta est ex nuncis, quae a proximo Mauritanorum litore vulgabuntur: Kables, ob regis sui actiones ad cultus progressum latius incli- natas, in eius imperium coortos, legatos duos interfecisse, germanicum alterum, alterum gallicum, et Moquinez urbem obsidione cingere. Quid autem si sevisset Mae Lean scutum, qui inter primas Mauritani exercitus militat Angliam de improviso petiisse, indeque plures conieceris illum sub tutelae ac defensionis specie praepollentes circa Marrakesh loca Anglos cives suos constituere voluisse?

\*

Sed iam fortunae sua gallicum rhetorem linquamus, ut quae in Russia accident brevi prosequamur. En in tenebris scelus aliud, idque ad Vladikaokao in Visonzki praefectum patratum. Qui cum in suo cubiculo aperta fenestra staret, selopeti ietu petitus obiit. Haec dum Nicolaus Caesar sollicitudinem suam in agri- colas iterat, dumque novam de athenaeis legem, liberalem satis, edicit, quippe quae discipulorum rationes coetui ex doctoribus ipsisque discipulis electo diudicandas, simulque consociationis iura concedenda aut neganda eidem com- mittit.

Interea Russorum legatio Pekini in urbe constituta certiores omnes gentes facit se de prima profectione e Mandehouria provincia iuxta constituta agere; quod ad cogitandum inducit res in melius apud Sinas vertere.

\*

Non idem profecto dicendum de rerum vi- eissitudine inter bellantes inferioris Americae civitates. Quamvis enim Castro ille Venezue- lanae rei praeses pro certo affirmet rebelles

eorumque duces Mendoza et Riviera esse de- victos et ad opum infirmitatem plane redactos, constat eumdem Castro ad litus cum tribus hominum millibus profectum, Matos imperato- rem magnis itineribus ad Caracas procedere, ubi annonae carior quotidie fit, resque in sum- mum disserim in dies adducitur.

E Columbia nunciatur futurum ut bellum proxime Nicaraguæ civibus inferatur ob auxilia Zelaya duei in Columbianis civili bello praestita.

De Haitiana denique republica notitiae om- nino desunt ex quo civilis pro tempore adminis- tratio ob internas dissensiones navibus ex- teriarum gentium ad fines appulsum impeditiv.

PROPOPLICOLA.

## PUBLICI PER ORBEM COETUS

## LEGIBUS FERENDIS

In Argentina republica lex de divortio a mu- niupum coetu reiecta est.

In Batavia popularium oratorum sessiones Vi- lhelmae reginae oratione XVI kal. Oct. resumptae. Subsequenti die Linden ad exterios administer confirmavit cum ceteris Europæ civitatibus amicitiam immutatam manere, nullo tamen peculiari foedere ieto.

In Iaponia nova lex de electionibus lata, popu- lares legatos ad trecentos septuaginta sex usque ad- ducens, suum periculum fecit. Exitus iis qui imperiale gubernium summis viribus procurant contra liberales qui dicuntur favorabiles cessit.

In Peruviana reipublicae senatu cum comi- torum suffragia ad trutinam revocarentur magni tu- multus exorti, eoque violentiae processum est, ut patres duo interempti pluresque vulnerati excesserint.

SCRIBA.

## AENIGMATA

## I.

Usurpat *primum* cum e multis seligit unum,  
Sed vitat fleetens verba latina puer.  
At facile irriguo *reliquum* tibi crescit in horto  
Et gratam mensam sufficit arte coqui.  
Horrebant *totum* muros cum cingeret hostis  
Cives; nam flammis templa domosque dabat.

## II.

Consona trina datur: lege quamque suo ordine,  
[sodes.]  
Illis particulam, tempus quae denotat, adde;  
Prodibit nulli res simplicitate secunda.

C. LODOIX.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis inter-  
pretationem ad commentarii moderatorem  
miserint intra duos menses, unus, sortitus,  
gratis accipiet opus, cui titulus:

LEONIS XIII P. M.

NATALE PRAECONIUM

AUCTORE

AL SINIO PHANESTO.

Aenigma an. V, n. XV propositum his respondet:

Poli-do-rus.

Id rite solutum miserunt:

Lud. De Rubeis, *Iguvio*. — Petr. Garrone, *Pezzana ad Ver- cettas*. — F. Arnori, *Mediolano*. — H. A. Strong, *Liverpoliae*. — Ad. Huza, *Gryboria*. — Fr. Sallares Sch. Piar, *Sabadello*. — C. Perazzi, *Mangalore in Indis*. — V. Hertel, *Mendhusio*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — Collegium Scholarum Piarum Stellae. — Iul. Sernatinger, *Dresda*. — E. Burg, *Argentorato*.

Sortitus est praemium

PETRUS GARRONE,  
ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

LOLLIUS

SIVE

DE PROVECTA LATINITATE.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

Riviera esse de-  
m plane redactos,  
litus cum tribus  
Matos imperato-  
racas procedere,  
resque in sum-  
seit.

urum ut bellum  
feratur ob auxilia  
li bello praestita.  
polica notitiae om-  
no tempore admis-  
nes navibus ex-  
ulsum impedivit.

PROPLICOLA.

M COETUS  
DIS

de divortio a mu-

rum sessiones Vi-  
al. Oct. resumptae.  
os administer con-  
titibus amicitiam  
euliari foedere ieto.  
ionibus lata, popu-  
latis sex usque ad-  
us iis qui imperiale  
ant contra liberales

senatus cum comi-  
carentur magni tu-  
essum est, ut patres  
i excesserint.

SCRIBA.

A

s seligit unum,  
na puer.  
crescit in horto  
arte coqui.  
ingeret hostis  
domosque dabat.

que suo ordine,  
[sodes,]  
denotat, adde;  
secunda.

C. LODOIX.  
nigmatis inter-  
moderatorem  
unus, sortitus,  
lus:

.

UM

STO.

his respondet:

Pezzana ad Ver-  
Strong, Liverpolitae.  
ch. Piar., Sabadello.  
Hertel, Mendusio.  
Scholarum Piarum  
Burg, Argentorato.

opus, cui titulus:

TATE.

i, iurisperitus.

Cuggiani.

**CONSTANTINI PISONI**  
**MAGNA OFFICINA**  
**CANDELIS VAPORE CONFICIENDIS**  
ab anno MDCCCLIII constituta  
ROMAE IN ITALIA  
Corso Vittorio Emanuele 127-129  
et Via de' Sediari 1, 2, 3

nuperrime  
in stabili mercium ostentu Lutetiae Parisiorum constituto  
aureum nonisma retulit,  
eiusque possessor equestri dignitate est exornatus,  
fide sic addita  
praestantissimum hoc esse de re Italicum opificium.


Cereas faculas ad noctem comparat templis et familiis necessariae, plurimorum iudicio, qui per orbem universum eas acquisive-

Lumi da Notte in Cera  
INFALLIBILIS

runt, ex omni parte perfectas, quippe quae parsimoniam cum vivida luce, cum salubritate et munilitate apprime coniungant.

Involucra habentur ad 50, 25, 12, 6 faculas apta.  
Vitreæ ad faculas minimo pretio veneunt.  
Ad publica solemnia faculae peculiares suppeditantur.

Res per omnes orbis regiones nullo iubentium  
impedio exportatur.



### PER ORBEM

SUPERIORI itineri meo quum finem imponebam, maxima in spe eram commorandi apud Moore, americanum illum virum, qui machinam ad aerem frigidum quandoque procurandum inventit, ut otium tot laborum parumper ac tranquille arriperem. Vana aedepol spes! Neque illuc, inter blandientes zephyros, malorum requies; quin etiam, nescio quo adverso fato, cumulari haec videbantur. Haud equidem nugas ago; vix enim constiteram, cum ex urbe Neo-Eboraco grayia nunciantur; pilentum, quod Roosevelt, foederatarum civitatum praesidem, vehebat, curri electrica virtute acto occurrisse, viatores, ipsumque virum clarissimum, in terram deiectos, eorumque unum Craig nomine, praesidis custodiae addictum, morte mulcatum.

Neque id satis; iam enim acceperam kal. Septembr. apud Chicaginem vaporitrahem eius-

que currum seriem, terribili vortice intortam, in terrae hiatum esse impulsam, flamas ingentes obertas, homines tres perfisse, viginti turpiter ac mortifere fuisse vulneratos. Sequenti die ad Berry alios currus vapore impulsos a ferreis axibus devios hisse magna hominum clade; ad Jersey denique similes luctus deflerti.

Sed tamen quid haec commemorando, laevia sane, si ad ea comparo, quae in Martinica insula acciderunt? Martinicam insulam dicam? An exstat adhuc? IX kal. Septembr. terrae motus ingens terram illam iterum quassat iterumque, dum Pelée mons, inter fragores horrendos flamas lapidesque ignitos rursus atque continenter eructat, iamque intra septem dies oppida Morne-Rouge et Bonion in cinerem redgit. Nulla mora: insulae pars quae septem spectat triones suae sorti relinquitur; agri optimi culti deserti flunt; miseri incolae alio ef-

fugium exquirunt. Vae tibi insulae sane diris devotae!

Americanam itaque deseram, non vero ut, ad frigus quaerendum, antiquissimum quem vocant continentem petam; ibi enim quoque terrae motus immanes, quorum alter in Kasbek montis vertice glaciatas moles decussit: hae viginta et ultra vicos praecipites eduxerunt, peregrinis frequentissimos, quorum plerique demissi tractique in frustula paene redacti sunt.

Neque Russiae viam ingrediar ad Niznedievizk pergens; algoris enim vis, mense Augusto nondum exacto, « thermometrum » ad glaciei signum usque adduxit. Nimis profecto; atqui in medio virtus. Haec igitur erit causa, quod Pernier, exploratorem Canadensem, hand secur in itinere, quod sibi propositus ad arcticum polum, automobilibus quos dicunt curribus usus.

Malo aerostatum videre, quem War Office Barton machinatori exstruendum commisit, maximum qui huc usque fuerit, eumque ductoris arbitrio gubernandum; eique auguror ne tristissimum idem contingat quod italis militibus Mandelae ad Tibur castrensis exercitationibus addictis. Aer enim ad aerovagos globos inflandos, improviso inflammatus, labrum rupit quo continebatur, globum incendio delevit, ac foede ad ruinam tirones quatuordecim traxit.

Melius vero in domunculam meam revertar, ubi curis alienus ac parvo contentus, quod Deus largitus est, vitae per orbem errabundae atque miseriis omnibus tantum obnoxiae valedicam; dummodo ne Viator collega, officium suum minime resumens, me ad opus, molestum quidem, insuper adducat.

FORFEX.

VARIA

Domus ex amiantho.

Plurima in amiantho haberi quis neget, si ea vis rei est, quae consumentibus omnia flammas una vietrix resistat? Atqui est alia praeclarata, qua scilicet ex illo textae bacteriis, bacillis, microbiis, pestibusque generis huius sexcentis imperviae telae sint. Et est aliud; nam quum amianthea materies impenetrabilis frigori et calori sit, tentorium, tabernaculum, tectum, paries, domus semper eodem aere fruentur, sibilent contra cireaque Aquilones, vel debacentur ignes caniculares. Hinc imperialis bellicarum rerum germanicus minister supremus cum societate Asbest Gummiwerke Alfred Calmon amburghensi pactionem solemniter fecit, qua tot domus brevi daret ex amiantho, quot pedum in quadro 22,000 superficiem obtinerent, quum in oppidum Wreschen Imperator cohortes peditum nonnullas mittere decreverit.

Ioci.

Argumentum pro ovis.

Qua de causa sorbilia ova voci faveant haec a medico sententia est, qui Apollinea arte cantanti in theatro feminae opitulabatur: - Age, doctor, - mulier quaerebat: - qua de causa mollia ova ante cantum sumpta voci faveant?

Gravis vir: - Ex congenita illis virtute, o domina; gallina enim statim atque ovum ediderit cantu perstrepit et exclamacionibus omnia implet suis. Sie tu ubi ovum absorberis, gallinae indolem induis, et...

Explicatio numeris referta omnibus visa utrique est.

P. d. V.

**Ciapponi Franciscus et Soc.**  
**OFFICINA**  
**ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS**  
**PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS**  
**PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS**  
**TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE**  
**ROMAE — VIA SISTINA, 129 — ROMAE**

**E**IBER (vulgo "ALBUM")  
 praecipua Urbis referens, pulcritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87,  
 ven. lib. 1.50.

## VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS  
 ROMAE — Via Alessandrina, 87

### PROSPECTUS NOVAE SUBNOTATIONIS A KAL. IULII USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII.

(Vid. in secunda operculi pagina).

**FIGURAE URBIS ROMAE**  
 ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE  
 COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO  
*Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.*

Sociis qui in Nordica America versantur vehementer commendamus quod a Sodalibus Carmelitibus novissime institutum est ac regitur

**URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS**  
 (m. 1.10 X 0.24)  
 qui sociis commentarii VOX URBIS dono datus est,  
 venit singillatim L. 2.50  
*apud comm. VOX URBIS Administratorem.*  
 SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
 EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

### COLLEGIUM SANCTI CYRILLI

ad liberalem eamdemque Christianam et nostrae aetati aptam institutionem iuvenibus comparandam.

Prospectus studiorum et regularum, quae collegium moderantur, petatur ab ipsius Collegii Presidente, 6413 Star Avenue (Woodlawn) — Chicago, Illinois.

**LE LAUDI LATINE**  
 E  
**IL CANTICO DEL SOLE**  
 DI  
**S. FRANCESCO D'ASSISI**

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, neenon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

### PHILIPPUS VITI Eques

MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina N. 51, 52 - ROMAE

Affabre sculpit quae sunt ad simulacra, altaria, sacella, aediculas, uti patet ex operibus erectis aut refectis in Basilica Lateranensi, Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina, Eudoxiana, etc.